Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



Qui custodierint sabba mea Fer. quinta. P. prima.
et elegerint q̃ nolui et tenuerint fedus meum da
bo eis in domo mea & in muris meis locum & nomen
melius a filiis et filiabus nomen sempiternum dabo eis
q̃ non peribit. Lcō. ij. Filios aduene q̃ adherent
dño ut colant eum et diligant nom̃ eius ut sint
ei in servos omnem custodientem sabbatum ne polluat illud &
tenentes fedus meum. adducam eos in montem sanctum me
um. & letificabo eos in domo orationis mee. Lcō tertia.
Holocausta eorum & victime eorum placebunt mihi super altare
meum. q̃ domus mea domus orationis est omnibus populis ait
dns qui congregat dispersos israel. Adhuc congregabo ad
eum congregatos eius. Ad bn. ant. Tunc qui
uentur ea dne quem ex petierunt ut saluum facias populum tuum.
ad mag. Quia propter me venit anima mea factus est annus non sum
dignus calamenta soluere. Fer. vi. Lcō prima.
Omnes bestie agri venite ad deuorandum omnes bes
tie saltus. Speculatores eius omnes nescierunt
omnes canes muti non valentes latrare. videntes vana
dormientes & amantes somnia & canes impudentes nes
cierunt satietatem. Lcō. ij. Ipsi pastores ignorauerunt
intelligentiam. Omnes in via sua declinauerunt. unus
quisque ad auaritiam suam. a summo usque ad nouissimum. Ve
nite sumamus uinum. & impleamur ebrietate. et erit sicut
hodie sic & cras & multo amplius. Lcō tertia.
Iustus perit & nemo est qui recogitet in corde suo et
uiri misericordie colliguntur. q̃ non est qui intelligat. A fa
cie enim nequitie collectus est iustus. Veniat pax & requi
escat in cubili suo. qui ambulauit in directione sua. ai